



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

14. Bestias quasdam raras monstra videri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

nis animalis in fronte vnicum quidem, sed excelsum & valde robustum cornu gerentis. Quamuis enim cornu hoc Solinus  
**Solin. cap. 65.**  
**Isidor. lib. 12.** tantum pedum quatuor, ut & Isidorus, esse dicat, Plinius ta.  
**Orig. cap. 2.** men cubitorum duum, at Ludouicus Barthema trium fermè bra.  
**Plin. l. 8. c. 21.** chiorum longitudine esse affirmat: nempe pro magnitudine  
**Isa. 34. 7.** etatis. Alludens ad hanc belluam etiam Isaías ait: *Et defen-*  
*dent unicores cum eis.* Tam crebra vnicornium mentio in di-  
*uinis litteris non videtur de fabulis sumta.* Pertinebat autem  
*huc de hac quoque bestia querere, quia, tamquam rarior, &*  
*ipsa vulgo potest pro monstro haberri. Quin disertè Vincen-*  
*tius ait: Monoceros est monstrum equino corpore, certino capite,*  
*cauda suilla, pedibus elephanticis, mugitu horrido, &c. quid magis*  
*potest esse monstrorum?*

Vincent. in  
spec. 1. p. 1. 19.  
cap. 91.

## XIV.

Pleraque, de Pyrali, Phænix, piscibus fossilibus, & Mo-  
*nocerote dicta, ostendunt, has bestias, ob raritatem, autin-*  
*usitatum duntaxat nascendi viuendiq; modum, censi pro-*  
*digiosas; nisi quod, quæ Vincentius de multiformi mons-*  
*rotis natura tradit, veram eam belluam monstrum esse pro-*  
*bent. Vtrum autem ea se ita forma habeat, est eorum pro-*  
*nunciare, qui viderunt. De Sirenibus difficilior est quod;*  
*possunt enim esse, vel non esse effectus natura, quidem natu-*  
*ra consuetaq; secundum speciem dispositione; propius vero ei, ve-*  
*ra monstra esse; alioquin enim & Satyros, & Faunos, & ce-*  
*tauris natos liceret dicere, eos à recta consuetaq;, secundum si-*  
*ciem dispositione non desuare, cum tales sint, quales fuere, qui*  
*eos generunt. Sunt enim, qui in India, & Libya, totas o-*  
*pinentur insulas Satyris & Sphingibus occupatas.*

## XV.

Porro, quia Sirenibus aliquo modo pares sunt Sphinges,  
*libet etiam de illis disputare. Talia enim monstra exutile,*  
*conijicitur 1. Quia non solùm alibi passim pinguntur, verum*  
*etiam Romæ aliquot Sphinges marmoreæ ex Egypto allatae, in*  
*Capitolio, monstrabantur. 2. Quia Ægyptij sapientissimi*  
*olim Sphinges ante templo posuerunt. 3. Quia Octavius Au-*  
*gustus Sphinge loco signi vsus fuit; sicut alij aquila, leonis,*  
*draconis effigie. Quemadmodum ergo hi verorum animali-*  
*um, non fictionum, figura vni sunt; ita quidam putant, impe-*  
*ratorem*